Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

ORATIO

Senatui populoqꝫ Atbenienſi Salutem Aeſcbines dicit.

EGO me ad rempu. contuli triceſimotercio ætatis anno. non me bercule ex ſcæna vt aiebat Demoſtbenes ſed & liberaliter ſcribere doctus. & ſtudiis bonarum artiũ mediocriter eruditus. atqꝫ ita in dicendo exercitatus. vt me atbenis loqui non dedeceret. Nec ego reperiar vnquam facultatem dicendi meam ad alicuius calũniam meditatus. neqꝫ iudicium ꝓ pecunia deſeruiſſe. nec accæptas contumelias vendicaſſe. Sed nec omnino contumeliã paſſus ſum nec occaſionem præſtiti. cur contemni deberem. Nec quẽquam ciuium iudicio ſubieci præter vnum Timarcum. Nec ſane apud nos glorior ꝙ multa accæpiſſe dũ mibi liceret accæperim. Poſtea vero ctbeſipbontem multa ab eo ꝑpeſſus multa etiam a Demoſtbene in iudiciũ vocaui iuſtiſſima dii immortales accuſatione ſed admirandum non eſt ſi & veſtrarum legum & meorum verborum Demoſtbenis eloquentia victtix fuit. Dixi equidem alio loco qum forte grauioribus criminibus quã iſtis propter quæ nũc cæcidi a Demoſtbene accuſarer non paruam probationem apud vos eſſe d. bere integritatis meæ. ꝙ neqꝫ Demoſtbene accuſante fuerim cõdemnatus. Poſt banc aũt calamitatem & euerſionem meam. nedum vobis ſed omnibus græcis manifeſtum feciſſe reor. Quis. n. ignorat bomies ſi c defunctos. & ciuitatibus eiectos tunc maxime quibus fuerint moribus apparere ſolere. Nam q̃ ipſorũ occultabat præſentia remotis ĩpis perſpicua fiũt. Quiſquis. n. tunc maxime eos accuſat qum dicere contra non poſſunt. Qui vero ob eas cauſas a ciuitatibus exulant ꝙ cum boſtibus ſenſiſſe dicantur ii. & quos mores. & quas mentes erga remp. babuerint pœnitus manifeſtat. Nam & quemadmodum aduerſam erũnam ferant. & quemadmodum erga patriam animati ſint. clare conſpicitur An eſto ĩpe qui & proditor patriæ fuiſſe & tanta miſericordia in legione cõmiſiſſe. vt videlicet Macedonibus placerem confeſtim vt in exilio miſſus ſum ad alexandrum me contuli gratiam eoꝝ quæ patratus fueram & mercedem exilii accæpturus. Nec ſane me latent boetiæ diuerſoria. & agrum iugorum viginti. & aureas pbialas Demade babere. Egemenonem uero & Calimedontem alterum in pelle alteri viberia & ampliſſimis donis. & clararũ mulierum nuptiis boneſtatos. Atqui neqꝫ ad tbebanos neqꝫ ad tbeſſalos confugi neqꝫ ad alios quoſpiã apud quos mibi neceſſe foret aut patriã meã vitupare. & vituperãtibus aures ꝑbere. Sed Rbodum veni ciuitatem nec vobis ſane infeſtã nec alioquin odioſam. Turpiter. n. patriæ incũbere delirantiũ in calamitate mibi videt̃ potiuſqꝫ amantium ciuitatem. Nam qui ex animo ciuitatem ſuam amat. longius abire oportet ne quid ꝑ oculis quod mentem perturbet babeat. Equidem nec in Rbodo conſtiti. ſed in arida caſtellum quoddam eligẽs a minori. Ibi mercatus prædium ſum talentis duobus quanta videlicet expendere decebãt. Pbilippi primo deinde alexandri mercennariũ qui & pbocidẽ & græcorum libertatem Macedonibus prodiderit. In eo nunc perſiſto cum ſeptem miniſtris. & duobus familiaribus. & cum matre quæ ad terciũ & ſeptuageſimũ prouecta annũ mecũ nauigauit. particeps calamitatis mibi ꝑ vos inflictæ. & cũ vxore quæ comes exilii eſſe voluit licet pater vetaret. & leges fortaſſe manere eam iuberent. Mores ciuitatis magis quam leges ſciebat & cum tribus filiis ne cum quidem ſatis fortunam ſuam. nec qualẽ ſibi deus dederit patriam intelligentibus. Et alii quidem vt videt̃ filios eorũ ſiue in Boetia. ſiue in Aetolia natos atbenas mittunt eruditionis cauſa. quibus vero a natura boc datum eſt nec Plæbeio p̃re nec ob turpẽ cauſam pulſo natis ii exulant infantes. & alũtur egeni. in ſolitudine & exilio paterno. Et de Licurgi quidem filiis Demoſtbenes recte faciens vobis ſcribit. & vt paterna mulcta eis remittatur ſuadet. Vos autem ſecuti ciuitatis morem & miſericordia fretim. nibil aliud quam atbenieſiũ opus feciſtis. Nam vobis mos eſt faciliter quidem iraſci. ac rurſus miſereri. Ego autem pro meis filiis non ꝑſuaderẽ rogando ne mibi tm̃ in orbitate nutriantur. ſed orbati ſimul & exules qũm nec mali quicqꝫ fecerint in puericia conſtituti. nec vllo modo damnati. ſed cũcta que damnati ſolent ꝑpeſſi. Poſtea defuncti memineritis mei. & preces admittatis. Sed agetis viri Atbenienſes. ac flectemini ꝓ conſuetudine veſtra. Non. n. puto mores veſtros deſeretis. nec diſſoluetis ciuitatis gloriam. q̃ bonitate & bumanitate p̃ cunctis excelluit. Nec plus viriũ babebit Malanopus ab bumanitate & ꝓbitate vos abſterendo. q̃ꝫ ad eam prouocando modo aeſcbines. Non per deos immortales nõ. n. ydoneus nec fortunatus ego ſuadere patrie meæ preſertim boc tempore. & qum rem meam agere videar. ſed ciuitatis conſuetudo. & veſtrum ſolitum nomen. & maiorum exemplum. cui neceſſarium eſt magis quam Malanopo contra vos roganti annuere.

Vniuerſi operis ab Antbonio koberger impræſſi Anno a Natiuitate domini Milleſimo quadringenteſimo nonageſimoſeptimo finis. Die. xxvi. Marcii.

Sit deus bndictꝰ ꝑ benedictum